LYCEI REGII HOSIANI BRUNSBERGENSIS

RECTOR ET SENATUS

CIVIBUS SUIS

S.

De Thomae Treteri de episcopatu et episcopis ecclesiae Varmiensis fontibus, quaeque imprimis ipsi cum Simone Grunavio ratio intercedat.

1. Anno 1685 Cracoviae Matthias a Lubomierz Treterus regis Poloniae secretarius opus posthumum patrui sui Thomae Treteri custodis canonici Warmiensis de episcopatu et episcopis ecclesiae Varmiensis cum aliis quibusdam archivi Heilsbergensis opusculis[1]) publici juris fecit. Quod quum rerum ubertate non minus quam sermonis nitore satis excelleret, fere usque ad nostros dies unicus fons erat, unde harum regionum notitia generatim patesceret. Nam quod ibidem adjunctum erat Joannis Plastwigii Chronicon de vitis episcoporum Varmiensium, jam anno 1464 conscriptum, etsi fide diplomatica facile praecellat, tamen propter orationis duritiam et ariditatem quamdam vix similem usum invenit. Qui autem deinde eamdem rem tractavit Joannes Leo decanus Gutstadiensis[2]) gesta Warmiensia partim tantum quasi secundarie et permixtim habuit, partim jam ex illo ipso auctore hausit. Verum quum primo statim intuitu cognatio arctissima Tretero cum Simone Grunavio notissimo illo rerum Prussicarum fabulatore intercedere cognoscatur, historia Warmiensis haud parum inde periclitari visa est. Immo non defuerunt, qui omnem scriptoris nostri auctoritatem rejicerent, quippe qui sola fallacis istius monachi fide fulciretur, et quum aliqua etsi probissima ex ipso notitia sumpta esset, id pro veritatis proditione temere et praepropere accusarent. Quare operae pretium erit et omnibus historiae patriae studiosis perjucundum, si qualis fons Thomae Tretero fuerit et quae ratio ipsi cum Simone Grunavio intercedat plane innotuerit.

---

[1]) Scil. Joannis de Plastwig Chronicon de vitis episcoporum Varmiensium (scr. a. 1464) (pag. 1—48), historiam quamdam de Nicolao Hogenberg nominato episcopo Varmiensi (pag. 48—50) et vitam s. Adalberti Pragensis episcopi (pag. 51—56).

[2]) Historia Prussiae. Brunsbergae 1725.

2. Primum id monendum est, pro longe majore illius operis parte Thomae Treteri quidem nomen et auctoritatem minimum facere. Nam ipse pro vitis episcoporum Warmiensium usque ad Mauritium Ferberum nihil aliud egit, quam ut opus Johannis Cretzmeri decani et canonici Warmiensis e germanica in latinam linguam transferret et usque ad tempus cardinalis Stanislai Hosii produceret[3]). Qui illum deinde recensuit et edidit nepos Matthias a Lubomierz Treterus, pauca nec semper feliciter emendavit, addidit vitas Martini Cromeri, Andreae Bathorei, Petri Tilicki, Simonis Rudnicki, Johannis Alberti, Nicolai Szyszkowski, Johannis Konopacki, Wenceslai Leszczyński, Johannis Wydżgae et Michaelis Radziejowski. Pro iis igitur episcoporum vitis, pro quibus Simonis Grunavii historia Prussiae tract. IX. cap. 3. concurrit, **vere auctor et parens Johannes Cretzmerus dicendus est.** Qui studiis Brunsbergae, Cracoviae et Romae non minus quam familiari conversatione praestantium virorum litteratorum[4]) excultus, deinde ut secretarius et cancellarius Martini Cromeri ad perficiendum tale opus cum paucis paratus erat. Ni fallor, ejusdem potissimum opera hic episcopus annis 1581—1583 in conficienda meritissima illa descriptione Warmiae, cujus etiamnunc duo volumina in archivo episcopali Frauenburgensi (codicibus B. 1 et 2) asservantur, usus est. Quum autem ibi magis pro constituendis ecclesiarum singularum juribus registrum diplomatum ac brevis recensio bonorum et utilitatum ecclesiasticorum praeberetur, ipse Cretzmerus etiam justam historiam episcopatus Warmiensis ex archivo Heilsbergensi elicuit, quam inscripsit: Vom Bischthumb Ermlandt und den namen der Hn. Bischoffen ausz einer alten Cronicken in der Heilspergischen Cancelley. Quam, ut dictum est, Thomas Treterus anno 1595 in latinum convertit et quibusdam adauxit, anno 1685 Matthias a Lubomierz Treterus una cum novis additamentis prelo subjecit itaque in omnium manus dedit. Quum autem textus ipse Cretzmeri nonnisi nostris diebus ab archivario sollertissimo Frauenburgensi J. M. Saage in codice A. 55 archivi senatorii Thorunensis repertus sit, nunc demum pro variis disquisitionibus criticis certum fundamentum subministratum est.

3. Ut igitur propius ad rem meam accedam, nihil dubium est, quin arctissimum quoddam vinculum inter Cretzmerum et Simonem Grunavium intercedat. Nam plerumque ita ab utroque res et verba consone proferuntur, ut alter alterum non nisi transscripsisse, alter alterius vestigia pedetentim premere videatur. Quod ut plane cognoscatur, liceat paucos locos proferre.

Sim. Grun. *Cronica Preuss.* tract. IX. cap. 3. §. 4: „*So seint auch Betel Monche clöster yn diszem Bisthumb predicatorum II, Eins zum Elbinge und eins zu Girdawen,* und dis *wart wyste yn der Luterei; heremitarum S. Augustini III, Eins zu Reszel und zu Patollen, do* etwan *der Preuszen Abgotter wonten etc.*“

Joh. Cretzmer. l. c.: „*Im Ermlendischen Biszthumb sein auch bettelmonch Kloster, Praedicatorum II. eines zum Elbinge und eins zu Girdawen, welche in der Luterey wuste worden. Heremitarum S. Augustini III. Eins zu Reseln, eines zu Patollen, da vor Zeitten der Preussen abgotter* in der grossen eiche *wonen* etc.“

---

[3]) Ita ipse in praefatione ad lectorem (de a. 1595) profitetur, et repertum nuper Cretzmeri manuscriptum probat.

[4]) Quales fuerunt Stanislaus Hosius, Stanislaus Rescius, Martinus Cromerus al. (conf. Eichhorn in Ermländ. Zeitschrift. III, 363 ss).

Grun. l. c. §. 7: „*Heynricus I. Diszer war Techant zu Brunospergk und wart eligirt und er besetzte gar wol die Dörffer* und er legte auff disze stete. *Braunszbergk do sy nu leit* und *lys sie lubisch recht erkiesen, wormdit, Gutstadt ag höffe bey ym woren. Zu seiner Zeit wonte ein fraw die witwe war genant Zoupna auf dem Sonnenberge der nartzen vom geschlecht der alden Preuszen,* guttes *adels und hilt das lant inne auf III Meilen breyt umher und sy kein erben hatte. Drum rewmete sie diszem Bischoff und seym Capittel, davon bawete er* $^1/_2$ *meile von irem hoffe Kirche und wonunge vor sein Capitulares und nanten es Frawenborgk, und machte die kirchen zu eyner mutter aller kirchen seines Bisthumbs, und lies sie intituliren yn latein Warmia, und starb alt und leit yn Warmia begraben.*“

Grun. l. c. §. 8: „*Eberhardus. Diszer war thumher zu Warmia und wart eligirt und confirmirt. Er bawete und gab statrecht Wormdit, Gutstadt und Heilspergk und gab yn das Culmisch Recht* zum brauch yn yren hadersachen. *Zu seiner Zeit hette der deutzsche Orden Bartensteyn eyn, Schippenpiel und sunst mehr gütter seyner gütter der Kirchen* etc.“

Grun. l. c. §. 9: „*Jordanus. Diszer war zu Warmia thumher* und die seynen yn *eligirten, sunder er war* stets *krangk und war ag* $2^1/_2$ *Jar bischoff und starb auff Heilsbergk und leyt zu Warmia begraben ym Chore.*“

Grun. l. c. §. 10: „*Heinricus II. Wogenap genant, der geburt von Kongsberg ein (in?) Preusze,* Diszer *war thumher zu Warmia und wart vom Capittel erwelt. Er fand ein wuste lant, wan es war fast vorbrand von den* undeutzschen *Preuszen.* Darumb *gab er iglichem Pawr frey* V *Jar lang, der do bawen wolde, und besatzte also widder seyn bisthumb,* wywol man yn darumb

Cretzmer. l. c.: „*Henricus I. Dieser war Dechant zu Brunosperg und* capitulariter zum Bischoff *erwehlett, hatt* dasz verwüste Bischtumb widerum *mitt dorffern besatzet,* und die kirchen wider erbawet. Auch hat er *Brunszberg* wider *ausszleget* uff die stelle, *da sie itzo leidt,* dan vorhin war sie etwas weiter nach dem habe gelegen, und zogen dahin viel Lübker und Hamburger mitt ihren schiffen, denen er *liesz Lubisch recht erwehlen* und behalten. *Wormitt und Gustadt waren bey seinen Zeiten nurt etliche hoffe. Zu dieser Zeit wonet die* hochgeborne *witwe Soupna genandt uff dem Sonnenberg der Nartzen vom alten Preussischen Adlichen geschlecht hergestammett,* diese wase sehr reich, den *sie hatt dasz Landt* zwo *meile weges herumb,* da itzo Frawenburg leidt, *in ihrem besitz* und war vom Bischoff Anshelm zum christlichen glauben bekartt, *und hat doch keine erben nicht, darumb sie* ausz christlichem eifer und liebe zu gottlicher ehren Ire Land guttere *diesem Bischoffe und seinem Capitel* ubergab und *einreumete.* Da *bawett* der her Bischoff *ein halbe meile von* gedachtem *ihrem hofsitz* uffm berge kegen dasz Hab in ihre festunge *von ihren güttern* ein *kirche und wonungen für die Thumherren, und nanten es* nach dieser frawen *Frawenburg und machte die kirche zur mutter aller kirchen seines Bischthumbs,* und weihett sie zum titel der Jungfrau Marie und des h. Apostels Andreae. *Und lisz sie Lateinisch intituliren Warmia.* Im hohen schwachen *alter ist er gestorben und leidt zur Frawenburg begraben.*“

Cretzmer. l. c.: „*Eberhardus war ein thumher zu Frawenburg, ist* capitulariter *zum Bischoff erwehlett und* a sede apostolica *bestettigett.* Dieser Bischoff hatt erstlich die Stedte *Wormditt, Gutstadt und Heilsperg* ausgesatzt und *gebawet und sie zu Culmischem Recht gewidimet. Zu seiner Zeitt hatten die Creutzherren etzliche dem Bischthumb Ermlandt zugehorige gütter ein,* sunderlich aber *Bartenstein und Schippenpeil* etc.“

Cretzmer. l. c.: „*Jordanus war Thumher zur Frawenburg* und vom W. Capitel zum Bischoff *erwehlett,* ein hochgelarter tapffer man, *Aber* gar alt *kranck* und schwach *und lebett nurt* $2^1/_2$ *Jahre. Starb uff Heilsperg, leidt zur Frawenburg im choro begraben.*“

Cretzmer. l. c.: „*Henericus II Wagenap genandt, der geburt von Konigsperg in Preussen, war Tumher zur Frawenburg, und vom W. Capitel erwehlet. Er fandt ein wüstes Landt, dan es war von den Preussen fast verbrandt.* Damit es nu wider bebawett wurde, *hatt ers hinwider besetzt und gab einem iden Pawern der do bawen wolt* **15** *Jar lang frey. Die Brunszberger hatten* kurz vor der Zeitt *dasz Kloster der groen münche daselbst abgebrandt, darumb dasz ein ubelthetter durch dasz Kloster vom gledt wegkwam und brandte uff die stadt. Dieser Bischoff gab denselben münchen wider ein* ander stelle ein, *und lisz Innen ein Kloster darauff von newes*

neydete. *Er gab den groen Monchen widder ein urlaub ein Closter zum Braunsperg zubawen, wen ire vorige wonung hetten die Burger vom Braunsperg vorbrant, darumb das ein übeltheter durch der Monche wonunge wegkwam vom glet und brante auff die stat. Der Bischoff starb und leyt auff Warmia begraben.*"

bawen. Dieser Bischoff starb im hohen alter *und ward zu Frawenburg begraben.*"

Grun. l. c. §. 11: „*Jacobus, Michael, Henemannus. Zu wiszen* von diszen dreyen, *das Jacobus war des deutzschen ordens ein gelarter* Magister. *So hat der homeister Bruder Wernerus von Orselen vil bey hoffe erzogen, welche thumhern woren gemacht von irem Bischoff durch seine vorbitte auff Warmia* etc."

Cretzmer l. c.: „*Jacobus, Michael, Henemannus. Zu wiszen, dasz dieser Jacobus ein hochgelarter* beredtsamer *Creutzher war. So hett der Hohemeister B. Wernerich von Orselen viel thumhern bey seinem hoffe erzogen, welche uff seine vorbitt vom Hn. Bischoffe zu Frawenburgischen Thumhern gemacht waren* etc."

Sicque prorsus consone cum Simone Grunavio l. c. §. 1—15 Cretzmerus vitas episcoporum Anselmi, Henrici I., Eberhardi, Jordani, Henrici II., Hermanni, Johannis I. et II. narrat, ut paucis exceptis fere nihil nisi recensionem longiorem aut paraphrasin illius praebere videatur.

4. Sed et postea, quum inde a vita Henrici III. usque ad finem magis a Grunavii relatione recedat, eam rebus et verbis amplificet, tamen semper ad eamdem revertitur, ita ut illius quasi prima lineamenta exsequi, quasi inchoatam imaginem expingere videatur. Pauca id illustrabunt exempla.

Sim. Grun. l. c. §. 18 de Henrico Plauensi commendatore Mevensi, qui sub Henrico IV. Vogelsang totum episcopatum occupavit: „*Diszer nam ein das gantze Bisthumb* von Heilsberg, und suchte den Bischoff *zu todten* und *schalt yn vor ein vorreter*, wen die litten hetten gantz Preuszen *vorterbt*, sein Bisthumb ausgenommen.... *Der Bischoff quam heym* und nam sein Bisthumb *widder* ein *und starb im selbigen Jore und leyt auff Warmia begraben.*"

Cretzmer. l. c.: „*Henricus Reusz von Plawen* (welcher sich selbst für einen Homeister uffwarff) hat angefangen uff den Ermlendischen Bischoffen zu wütten und zu toben, Mit offentlichem *ausschrein, sam were er ein Verretter* desz landes, Sintemal er mitt dem Feinde ein Vernemen gehabt, dasz er dasz Bischthumb verschonen und des ordens landt *verterben* solt. Und ob sich wol der her Bischoff dessen entledigett: So hatts doch bey dem Homeister keine stelle funden. Demnach er im abgesagt mit Drewng, in als einen Landesverretter *zutodten.* Zug balde darauf mit aller macht ins Bischtumb *und nam es gantz und gar ein.... Im selben Jar*, in welchem der her *Bischoff wider kwam, ist er uff Heilsperg gestorben, und leidt zur Frawenburg begraben.*"

Sim. Grun. l. c. §. 19: Johannes Abezier, per capitulum de reposcendis a magistro generali debitis monitus, respondet: „sehet, welche *zwietracht* unter den *Brüdern* ist, *das sie nyemande obediren.* Ich wil ir *noch* ein weile entperren *umb frides willen. Doch* quam er yn groszen has der Brüder und wolte aus dem Lande. *Sunder zu Thorn durch bete* sich auff hielt,

Cretzmer. l. c.: „Er endtwortett, dasz itzo hirzu nicht gelegene Zeitt were, In erwegung, dasz die *Brüder* mitt den Polen noch in groszen *Zwiespaldigkeitten* stünden, So würde auch schwerlich etwasz zuerhalden sein, *weil sie niemandts gehorsam weren*, Er achtett es derwegen dasz beste zu sein, die sachen *umb gemeinen frides willen noch* einzustellen, bisz uff andere gelegenheit. *Dennoch* fingen die Creutzhern an diesen Bischoff und seine Kirche auch zu verfolgen. Er aber war ausz radt des W. Capitels enschlossen, eigener Person so wol Beptsliche Hey. als auch die Kay. Mtt. zu ersuchen, und seyner kirchen frey und gerechtigkeitt wider des ordens gewaldt zu vertedigen,

domit sein Orden nit weither in vorachtung der Christenheit queme etc.“

und wie er scho vort gezogen und bisz ken *Thoren* gekommen, Hatt zu ihm der Hohmeister ein bottschafft geschickett und in *bitten* lassen, er wolle die sachen fallen lassen und keine weitleuffigkeitt suchen, Er were erbottig sich mitt ihm in der sühne zuvergleichen und im gerecht zuwerden, *damitt sein Orden in der Christenheitt in weiter verachtung* und verunglimpffung *(nicht) kwemen* etc.

Grun. l. c. §. 20: „*Der homeister B. Conrad von Erlichhausen legk ym abe 3½ C gulden ungarisch, mit welchem* gelde der homeister erlangete, *das er mochte yn das Capittel Warmia setzen II Bruder seines ordens; do widder was das Capittel* und *appellirte*, und *wart dorunder von beyden teilen vorzert XII tausent gulden* Rheinisch, *und der homeister verlor die sache* und *sint demmol der Bischoff mit dem homeister gut freunt war, hatten yhn die Capitulares vordechtig, und vocirten yhn yn yhr Capittel* und sagten es ym do, wie die *Freuntschaft*, die er mit dem homeister hett, würd yhm *ein vorterbnüsz seyn In kurtzen tagen* etc.“

Cretzmer. l. c.: „*Der Hohemeister Conradt von Erlichhausen von ihm 3½ tausent ungerische gulden liehe, Mitt welchen* er von Nicolao V. durch linkischen falschen bericht eine bulla auszbracht, *dasz er* recht und *macht haben soll, in dasz Frawenburgische Capitel 2 Brüder seines Ordens einzusetzen. Dawider* den *ein W. Capitel* solenniter protestirett und *appellirett* ad sedem apostolicam. *Der Homeyster* wardt geladen und *verlur endtlich die sache* und wardt sein erhaltene bulla wider cassirett und uffgehoben, *und sein uber dieser sachen beiderseits in die 12 tausent fl. verzehrett worden. Von der Zeitt* an fing ein W. Capitel *ein misztrawen* von ihrem *Bischoff zuhaben*, dasz er sich in vielen dingen mehr *dem Homeister* als der kirchen *bekwemett*, derhalben ist er einmahl *zu ihnen gefordertt* und *capitulariter* seiner pflicht erinnertt und daneben trewlichen gewarnett worden, sich für des Homeisters allzu grosz gemeinschafft und *freundtschafft* zu hütten, damitt er nicht daher in unwiderbrenglichen schaden und *vorterb* vieleicht *im kurtzen geratten* dorffte etc.“

Simili prorsus modo uterque etiam sequentium episcoporum Aeneae Sylvii, Nicolai de Tüngen, Lucae de Watzelrode, Fabiani de Lusianis et Mauritii Ferberi vitas persequitur: uterque prorsus eadem via gradiens, Simon Grunavius autem quasi carptim et summis labiis delibans, Cretzmerus quasi pleno ore totam gestorum seriem tractans.

5. Quum Cretzmerus sexaginta circiter annis post Simonem Grunavium scripserit, primum suspicio adest, eum illius opere usum, idem fortasse solum longius exsecutum esse. Verum quicunque jam locos utriusque, quos supra exhibuimus, diligenter invicem contulerit, facile intelliget, apud Cretzmerum plus inveniri, quam meram paraphrasin Grunavii, immo **Grunavium potius quasi illius epitomatorem agere.** Quod eo magis hisce probatur. Persaepe dixeris, Grunavium vere imprudenter et inelegante Cretzmeri narrationem plenam et continuam excerpisse; immo non desunt loci, ubi ille ipsis verbis suis illa, quae apud Cretzmerum leguntur, temere excidisse significet nec nisi his assumptis plane intelligatur. Pauca sufficient exempla, quum fere ubique Grunavii narratio non nisi asperum Cretzmeri excerptum sonet.

Sim. Grun. §. 6 de Anselmo: „*Diszer war ein gro Monch, Bruno der Bischoff* von Olemuntz *bawete ym* und seinem Capittel *eine feste und stat und nante sie Brunospergk, itzunt heist sie Braunsbergk .... Diszer Bischoff zubrach die heilige stat*, wann *die Preuszen hetten einen Abgott Curko genannt, diesem vorbranten sy Jor järlich die ersten*

Cretzmer. l. c.: *Dieser ist* ein Meiszner gewesen und zu bekehrung der Preussen von Innocentio IV neben andern seines ordens brüdern *Franciscanern* in diese lande gesandt worden... Wie die Preussen im andern abfal durch hülff der Deutzen Fürsten und Bischoffen wider sein zu gehorsam gebracht, hatt *im* der hochw. Her *Bruno* v. G. gn. *Bischoff*, so auch mitt am Zuge gewesen, *ein festung und Stadt* an der Passarien *gebawett, die nach seinem namen Brunosperg genandt wardt, itzo heist sie Braunszberg*... So ware auch noch viel ungleubige Preussen, die gar langsam den Hn. Bischoff für Iren Herren und sehlsorger

Garben zu lobe, und dysze stelle nanten sye yn irer sprache Swente mest, d. i. heilige stat. Anshelmus beful, dasz man die Eiche solt umbhauen... Der Bischoff aber quam und zum ersten *hieb, die andern die Eiche gantz vorbranten, die Preuszen erlangten mit behendigkeit das beil... Heiligenbeil genant. Anshelmus sich mit den seinen beflis und erlangten irer Kirchen gütter.* Anshelmus wart *von den Preuszen auff Brunospergk belegt* etc.“

erkennen wollen. Nachmals wie sie *durch dieses Bischoffes eifferigen vleisz bekerett worden, hatt er hin und wider in sein dioecesi gar viel Pfarkirchen geordnet und gestifft.* Unter andern vielen tapfern thaten, so dieser Bischoff .... gethan, ist diesz nicht die geringste, dasz er die grosse greiliche abgotterey, so die Preussen mitt ihrem *abgott Curko* gethrieben, gantz und gar getilgett. Dan bey dem ortt, da itziger Zeitt Heiligenbeil leidt, ist eine grosse eiche gestanden, welche winter und sommer ... gegrünett, In derselben war ein gross schoen bildt *Curko genandt*, welchem sie gottliche Ehre antetten und *im alle Jare zu lobe die ersten garben* im August dafür *verbranten. Und wart damals diese stelle uff ire sprache swente meste d. i. die heilige stadt (genandt).* Aber *Anshelmus* wider solch abgottisch wesen offt und viel predigte und weil er damit ... wenig auszrichtett ... hatt er endlich *befohlen, die eiche umbzuhauen.* ... Da hatt sich *der Bischoff* in seinem geist ergrimmett, ist eigener Person *hingangen* und mitt der achse ein grosz loch in dye eiche *gehawen*, die andern Christen aber ausz seinem befehl fewer unterlegten *und die eiche gantz und gar verbrandten*, auch dasz bildtnisz zu nichte machten. Nichts desto minder *die Preussen dasz beil*, welches sie *mitt behendigkeitt bekwamen*, für ein grosz heiligthumb etc. ... Aber nicht lange darnach als die Tatarn Polen und die Schlesien verhereten ... fillen die *Preussen* zum dritten mahl .. abe ... *belagerten* auch den Hn. *Bischoff zu Braunszberg.*“

Ut hoc loco Grunavii sententia „Und Anshelmus sich mit den seinen beflis und erlangten irer Kirchen gütter“ non nisi Cretzmeri relatione intelligitur, sic similiter illud ejusdem §. 7, quod jam supra citavimus, „Wormdit, Gutstadt ag höffe bey ym woren“, et §. 9 „Sunder er war stets krangk“. Nec secus sequentia praesertim inde a vita Henrici III. (Grunav. l. c. §. 16 ss.) ab eo tractantur. Ut pauca etiam exempla quam brevissime extollam, ille §. 17 abrupte narrat: „Hieryn folgte yhnen der Bischoff und gab dem obrigen gesinde urlob“; quum antea nihil, ut Cretzmerus, de canonicorum ejus postulatis praemiserit. Similiter tota Grunavii §. 17 narratio de Brunsbergensium rebellione, si cum Cretzmero conferatur, solum tamquam negligenter ex hoc excerptum sonat. „Ir botschafft vom homeister quam heim und sagten seine worte“, Grunavius ibi ex. gr. consone cum Cretzmero pergit, etsi intermedia hujus omiserit, quibus legati ab iis secundo ad magistrum generalem missi narrantur. Simillime paulo post §. 20: „Nach diszem ruffte der Bischoff ken Heilspergk alle eldestem Pawrn“, quum antecedentia Cretzmeri „Diese rebellion werett uber ein gantzes jar“ deleverit. Atque eadem prorsus prudens lector fere in omnibus vitis, quae sequuntur, advertet[5]). Solum quae sub finem scandala monachorum apostatarum refert, proprio Marte confecisse videtur. Ut rem igitur brevibus complectar, **Grunavius,** si pauca exceperis, quae forte ex memoria et alio fonte[6]) aut consulto cum ira et studio, ut ita dicam, addidit[7]), **per totam suam Warmiae historiam non nisi Cretzmeri epitomator apparet.**

---

[5]) Conf. Grunav. l. c. §. 19, 22, 23, 24, 25, 26 cum convenientibus locis Cretzmeri.

[6]) Ex. gr. si §. 6 Anselmum Thorunii a legato apostolico ordinatum ponit, §. 15 annum MCCCV addit, quo Carolus IV. Warmiam imperio incorporaverit, utrumque false.

[7]) Ita saepius quasi otiose quaedam addit, quibus vitium aliquod ordini Theutonico impingat aut odium suum contra apostatas ecclesiasticos probet: ex gr. §. 4 „auch war ym (Anselmo) viel nit eingereumpt“; §. 5 „in

6. Alia autem ex parte notissimum est, Grunavium sexaginta fere annis ante Cretzmerum historiam suam scripsisse, ita ut hunc ipsum adhibere nullo modo potuerit. Quare nihil aliud superest, quam ut **utrumque eodem tertio fonte usum esse** ponamus. Quod eo magis persuadetur, quod uterque revera suo more eundem fontem sibi laudet, Grunavius „Registrum ecclesiae Warmiensis“[8]), Cretzmerus „vetus Chronicon cancellariae Heilsbergensis“[9]) sive, ut Treterus vertit[10]) „annales archivi Heilsbergensis“. Ex quibus uterque rem suam sumpsit, Simon Grunavius suo modo leviter, carptim, negligenter, Cretzmerus stricte, plene, diligenter[11]), hinc inde ni fallor orationis tenorem ornans, aut ex certis diplomatis amplificans. Nam Cretzmerum decanum capituli Warmiensis isto generali „veteris Chronici cancellariae Heilsbergensis“ nomine opus Grunavii sibi fere coaevum dixisse et usurpasse, vix per se credibile est, et tota scriptio ut vidimus contradicit. Verum et aliunde ejusmodi annales archivi Heilsbergensis nobis innotescunt. Primum idem Matthias a Lubomierz Treterus Chronico Plastwigii (ed. Cracoviae a. 1685 pag. 51 ss.) addit vitam s. Adalberti Pragensis episcopi „ex monumentis, ut ait, et annalibus archivi sedis episcopalis Varmiensis“. Quo nomine Simonis Grunavii chronicon minime dici, quisque intelliget, qui ejusdem vitam s. Adalberti (tract. IV. c. 2. §. 5 et 6) cum hac narratione contulerit; nam etiam ibi ejus relatio non nisi levem et abruptam hujus epitomen sapit. Deinde Simon Starovolski „scriptorum Polonicorum Hekakontas“ (Venetiis a. 1627 pag. 159) inter inedita Polonica notat: „Anonymi Historia episcoporum Varmiensium asservatur Heilsbergae“ (conf. Zaluski „Programma litterarium“ ed. Schultz pag. 34 n. 4). Zaluski quidem addit: „crediderim eam esse Joannis Plastwig Vitis episcoporum Varmiensium Treteri adjunctam et jam vulgatam“. Verum quum ipse non viderit, nihil probat, praesertim quum hic ipse libellus, „qui anonymus circumferebatur“, jam a Thoma Tretero anno 1595 auctori suo Johanni de Plastwig restitutus esset[12]). Denique in registro archivi Heilsbergensis a. 1633 confecto[13]) „№ 31 Liber episcoporum Varmiensium“, „№ 36 Limites episcopatus Varmiensis“ memorantur. Secundum connotationem librorum autem anno 1711 conscriptam[14]) inter alios hi libri nominantur, quos Sueci anno 1704 ex archivo Heilsbergensi rapuerint: „№ 9

---

welchem orden (Brigittarum) die Mater regiert den Pater, und eine Begyne strafft einen geweyten Prister“; §. 6 „yedoch waren es (Anselmus et socii ejus) in Elbing unwillkommene Geste“; §. 10 „wywol man (ordo Theutonicus) yn (Henricum II. ep. Varm.) darumb neydete“; §. 20 „Umb homuts willen und grausammigkeit des neydes der ordensherren yn Preuszen wolt das landt etc.“

[8]) Grunav. l. c. §. 6 „Zu wiszen, wie gemeinlich alle Cronicken sagen, dasz diszer sey ein gromonch gewesen, aber **das Register der Kirchen von Warmia** des gar nicht gedenket“. Similiter autor „seriei episcoporum Warmiensium“ (Monum. hist. Warm. III. pag. 3) „antiquum registrum“ ejusdem ecclesiae sibi citat. Utroque autem loco non merum privilegiorum librum, quales plures in archivis Frauenburgensibus episcopali (codd. C. 1, C. 3) et capitulari (codd. F, B, E) etiamnunc exstant, sed historiam quamdam episcoporum dici, per se liquet.

[9]) Addit inscriptioni historiae suae: „ausz einer **alten Cronicken in der Heilspergischen Cancelley.**“

[10]) Thomae Treteri praef. a. 1595: „Joannes Cretzmerus obtulit mihi suum manuscriptum Germanica lingua ex **annalibus archivi Heilsbergensis** ante aliquot annos collectum“.

[11]) Ita ubi Cretzmerus in certis numeris aut notis a Grunavio discedit, ipse vera referre, hic legendo aut scribendo errasse dicendus est; ex gr. §. 4 in assignando numero chronologico „1521“, §. 10 „**V** frey Jor“ (Cretzm. „**XV**“), §. 20 „**3½ C** gulden“ (Cr. „**3½ tausent**“).

[12]) Thomae Treteri praef. in ed. Plastwigii: „Libellum de vitis episcoporum Varmiensium, qui anonymus circumferebatur, auctori suo Joanni de Plastwig restitutum hic adjunximus“.

[13]) In actis revisionis a. 1795 (Arch. epp. Frb. II. B. 13 pag. 129.)

[14]) Acta revis. 1795 cit. et Arch. epp. Frb. C. 4. fol. 64—68.

Chronicon sive Polonorum annales vetustissimi, № 24 Liber germanice scriptus de anno 1237 antiquissimus, № 3 Cronica famata terrae Prussiae in Pergameno albo." Ex quibus unum alterumve exemplar facile illud ipsum „Registrum ecclesiae Varmiensis" vel „vetus Chronicon" fuisse crediderim, quod sibi Grunavius et Cretzmerus pro fonte laudant. Saltem qui diligentissime et scitissime anno 1764 „archivum vetus et novum ecclesiae archipresbyteralis Heilsbergensis" conscripsit[15]), archipresbyter Heilsbergensis Georgius Adalbertus Heide non solum ad a. 1704 refert, Carolum XII. antiqua manuscripta archivi episcopalis una cum bibliotheca in Sueciam transtulisse, sed etiam cap. 1. (pag. XV.) inter illa disertis verbis „annales archivi Heilsbergensis" recenset, ex quibus Johannes Cretzmerus historiam suam hauserit.

7. Verum unicus etiamnunc scrupulus mordet, quod videlicet non desunt loci, ubi Cretzmerus Grunavii animadversiones mere personales repetat, quae nulli alii convenire videantur. Siquidem de monasterio Brigittarum Elbingensi Grunavius l. c. §. 5 ita scribit: „sunder es wolde mit yn nit wachsen und nam abe, das nit (nurt?) eine Nonne mit einem Monche blieb und ist **heute** wuste **(1521 prima Julii).** Sintdemmal ist zu Dantzka ein Kloster ires Ordens und nichst dorfften bawen, Sye gelobten iren tag zu feyren und halten yn heute 1521;" Cretzmerus autem l. c.: „Aber es hatt keinen bestand, den es nam endtlich so sehr abe, dasz zuletzt **Ao. 1521** nur eine Nonne und ein munch darin bliebe. Nu ists gar wüste, doch hatt man zu Dantzke ein ander S. Brigitten Kloster angerichtett, welches von Koen. Mtt. und andern gutten leuten mit zimlichen gutten Landgüttern, welche dasz Elbingische Kloster haben solt, dotirett worden." Ut illa designatio anni 1521 fere necessario Cretzmeri narrationem ad Grunavii referre videtur, ita alia ex parte ibidem Grunavius tam incaute et confuse rem suam tractavit vel potius contraxit, ut ipse vix intelligatur, Cretzmerus prorsus aliud quid referre, ex alio fonte sumpsisse diceretur. Igitur existimaverim, etiam illam notam chronologicam (a. 1521) in communi archetypo exstitisse. Eodem autem modo et reliqui loci ejusdem generis componi possunt, quos modo juxta se posuerim.

Grunav. l. c. §. 11: „*So weis ich nit wovon wart er* (Jacobus) *ouch yn kurtz todt gefunden.*"	Cretzmer. l. c.: „*Balde darnach ist er auch todt gefunden, weysz aber nicht wo von, vieleicht von Grossemühe.*"
Grunav. l. c. §. 17: „Diszem (Conrad von Wallynrot) muszten alle geistlichen ym lande zum tische der eren gelt geben XXX gulden Reinisch *meh weniger*, darnach er yn gönstig war; vom tisch der ehren *wirt gedacht werden so man schreibt von diszem homeister.*"	Cretzmer. l. c.: „Ein jeder geistlicher im lande müsten ihm zum ehrentisch geben 30 Reinisch gulden, *mehr oder weniger*, darnach er im zugethan ware. Wie grausame grosse unkosten uff diesen tisch der ehrung uffgegangen, und warumb derselbe vom Homeister angerichtett, *ist anderstwo in seinem leben zuersehen.*

Si autem quis omnimodo a Cretzmero Grunavii chronicon adhibitum esse voluerit, non multum repugno, dummodo id teneatur, quod et internis et externis argumentis necessario postulatur, illum historiam suam non ex Grunavio sed ex ipso communi ejus fonte hausisse, Grunavii lucubrationem ad summum pro collatione quadam aut amussi operis sui adhibuisse.

---

[15]) Cujus duo exemplaria manuscripta in archivo ecclesiae archipresbyteralis Heilsbergensis asservantur, alia in aliorum manibus sunt.

8. Ut denique saltem generatim quaestionem moveam, num forte Cretzmerus probatissimo historiae nostrae scriptore Johanne Plastwigio pro fonte illo praecipuo usus sit, etiam hoc negaverim et ad summum inter utrumque similem, quam modo notavi, rationem intercedere posuerim. Nam vitae episcoporum usque ad Johannem Abezier illic nec omnino aut verbis aut rebus consone cum Plastwigio narrantur, et fere omnes notae chronologicae ejusdem omittuntur, quae semper gratissime a sequentibus historicis transsumi soleant. Demum inde a tempore Francisci Kuhschmalz consonantia quaedam utrumque conjungit. „Diszer Bischoff war nicht ein her sondern ein rechter güttiger vater seiner unterthanen", ex. gr. Cretzmerus ejus gesta occasione luis jumentorum quasi praefatur, quum postea ejus cum ordine nimiam amicitiam tamquam Warmiae summe nocuam usque redarguat. Similiter et Plastwigius illa ipsa gesta introducit: „Ipse fuit subditis suis piissimus pater." Quaedam deinde narrationis consonantia etiam in sequentibus vitis Aeneae Sylvii et Pauli de Legendorf inter utrumque obtinet. Quamquam in aliis ibidem notabilis prostat varietas: alter ex. gr. addit aut omittit certos numeros, quos vice versa alter ibidem aut omittit aut addit. Quare vix crediderim, vel pro hac parte a Cretzmero Plastwigii opus adhibitum fuisse, sed aut annales eosdem archivi Heilsbergensis jam huic usui fuisse, aut forte quaedam folia aut frusta Plastwigianae lucubrationis sagaci cancellario adfuisse existimarim. Certe nullo modo Plastwigii chronicon illud „registrum" aut „vetus chronicon archivi Heilsbergensis" erat, quo Simon Grunavius et Johannes Cretzmerus communi fonte usi sunt.

9. Si etiam suspicari quid de fonte illo communi liceat, sane cujusvis episcopi praecipua acta in archivo episcopali asservabantur. Mox etiam unius aliusve res gestae a cancellario vel secretario curiae ita in proprio tabulario conferebantur, ut ex saeculo XV et XVI etiamnunc exstant „annales Nicolai et Lucae ac Mauritii" (Arch. epp. Frb. A. 85 et 86). Quo facto nec deerant, qui exinde justam historiam componere susciperent. Ejusmodi quasi primum conatum et reliquis praeambulum crediderim illam „seriem episcoporum Warmiensium" sub Henrico Heilsberg (ante a. 1415) conscriptam [16]). Simili ratione Johannes Plastwigius circa annum 1464 Chronicon suum confecit [17]). Aliud longe amplius ejusdem generis exemplar, quo Grunavius et Cretzmerus fonte usi, initiis demum saeculi XVI confectum esse putaverim. Certe in iis, quae utrique de finibus et territorio episcopatus Warmiensis subministravit, demum saeculum XVI sapit, nisi quis haec ipsa capita ex proprio alio archivi ejusdem codice [18]) sumpta esse maluerit. Utique pro adipiscendo hac in re certo judicio et fundamento summis votis optandum est, ut quae abstulit corvus septentrionalis, si non ab aquila vindice reportentur, saltem a docta ape tandem aliquando in ceratam historiae tabulam convertantur.

---

[16]) Ed. Wölky et Saage Monum. hist. Warm. III. pag. 2—9. Inscribitur: „Nota hic de nominibus et obitu episcoporum Warmiensium etc.", sicut et Cretzmerus suum Chronicon inscripsit: „Vom Bischthumb Ermlandt und den Namen der Hern Bischoffen".

[17]) Ed. a Matthia Lubomierz Tretero Cracoviae a. 1685, et nuper a Wölky in Monum. hist. Warm. III. pag. 41—132.

[18]) Quales etiamnunc plures in archivis Frauenburgensibus exstant (ex gr. arch. epp. C. 15), et in registro archivi Heilsbergensis a. 1633. № 36 citantur (conf. supra pag. 9).